

- Sap. 31.* Vani sunt omnes homines, in quibus non subs-
tet scientia Dei.
- Ez. 4.1.* Cognovit bos possessorem suum, & asinus p̄-
ſepe Domini sui: Israel autem me non co-
gnovit, & populus meus non intellexit.
- Ier. 4.* Quia stultus populus meus me non cognovit:
filii insipientes sunt, & recordes.
9. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malū
egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit
Dominus.
- Ibidem.* Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non
glorietur fortis in fortitudine sua, & non glo-
rietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorie-
tur, qui gloriatur, scire & nosse me: quia ego
sum Dominus, qui facio misericordiam &
iudicium & iustitiam in terra.
- Osee 6.* Misericordiam volui, & non sacrificiū: & scien-
tiam Dei plusquam holocausta.
- Rom. 1.* Renelatur ira Dei de cælo super omnem impie-
tatem, & iniustitiam hominum eorum, qui
veritatem Dei in iustitia detinent: quia quod
notum est Dei, manifestum est in illis: Deus
enim illis manifestauit.
- Multipliciter acquiritur, scilicet di-
uisina illustratione.*
- Iob 11.* Qui dixerūt Deo, recede à nobis, scientiam via-
rum tuarum nolumus.
- Pſal. 4.* Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Si-
gnatum est super nos lumen vultus tui Dñe.
- Ez. 33.* Propter hoc sciet populus meus nomen meum
in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce
adsum.
- Conf-